



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Rocheposay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Ab Alexandro II. Creati. cuius Epistolas octo habes apud Baronium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

AB ALEXANDRO II. CREATI.

*cuius Epistolas octo habes apud
Baronium.*

ANSELMVS MANTVANVS Cardinalis & Episcopus Lucensis, Mathildę Comitissę à Confessionibus scripsit.

Collectionem Canonum per capita, eã scilicet ratione quã postea Gratianus, compari studio, decretũ elucubrauit,

Tractatus in Psalms.

In Hieremię Lamentationes.

Apologeticum Papę contra Guibertum Antipapã.

De gestis & passione Christi rhythmicę

Meditationes in orationem Dominicam, & salutationem Angelicam.

Epistolasque plures ad diuersos.

Mantuę iacet, miraculis clarus, vbi ab Imperatore Episcopatu pulsus mortalitatem expleuit, anno Christi 1087.

PETRVS GVILLERMVS Cardinalis tit. S. Chiriaci & Martini in Via S. R. E. Bibliothecarius, scripsit post Anastasium Bibliothecarium Cardinalem S. Marcelli.

Pontificum vitas à Nicolao primo vsque ad Paschalem 2. Claruit anno 1073. (vt autumat Baronius.

Sed obitus definitum tempus in ambiguo est.

ALBERICVS Monachus Casinas Cardinalis in Romana Synodo aduersus Berengarium hæreticum feliciter disseruit, eumque ad saniolem mentem reuocauit, scripsit autem ad subitum lacesitę Ecclesię vsum pro

8 *Nomencl. Sanctæ Romanæ*

peratum opus, integrę vix hebdomadæ interiectu, elaboratum.

De corpore Domini seu veritate sacramenti Eucharistiæ.

De virginitate Beatæ virginis Mariæ.

De electione Romani Pontificis.

Contra Henricum Imperatorem.

De Musica Dialogum.

De diuersis dictaminibus & salutationibus.

De Dialectica.

Passiones sanctorum Modesti & Cæsarij.

Vitam S. Dominici Abbatis.

Vitam S. Scholasticę Virginis, & Homiliam de eadē.

Hymnos de Paschate, de Ascensione, de Cruce, de die iudicij, de pœnis inferni, de Assumptione B. Mariæ, de S. Paulo, de S. Apollinare, de S. Nicolao, & de Sancta Scholastica, de qua & versus nonnullos edidit.

Rythmos de gaudio Paradisi, de die mortis, & de Monachis ad Petrum Episcopum Ostiensem Cardinalem.

Epistolasque ad diuersos. Floruit anno 1056.

THEODINVS SANSEVERINVS ex Comitibus Maiorum Cardinalis, scripsit, vt refert Vuion, sermones de S. Placido.

*ALEXANDRVS II. TEMPORIBVS
clari.*

GVITMVNDVS Archiepiscopus Auersanus Gal-
lus, cuius opera in indice Bibliothecæ veterum Patrum
Cardinalis titulo insignita sunt: Ingruente Berengaria-